

**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Pictura.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

344 *Pars secunda de elevatione
tibus vini & panis velut cortinis tectus te expe-
ctat ô anima mea.*

Pictura.

I Ecclisi aurei & argentei super pavimentum Smaragdino & Pario stratum lapide dispositi erant, quod mira varietate pictura decorabat. Esth. 1. Talia non habent & in tanta copia moderni Reges utcunque pomposi, & tamen omnia vanitas. **Umbra pictura labor sine fructu.** Effigies sculpta per varios colores, cuius aspectus insensato dat concupiscentiam, & diligit mortua imaginis effigiem sine anima. Sap. 15. Universa idola domus Israel depicta erant in pariete in circuitu per totum. Ezech. 8. Quibus Seniores Israel adolebant thus. Idem in corde faciunt multi pro dolor Christiani impudicis picturis, statuis, aliisque objectis turpibus. Sæpè miratus sum, quod exstructa nova palatia & ædes magnificæ replera sint picturis Deorum & Dearuum fabularum, & rarae vel nullæ sint in iis picturæ sanctæ, aut ex S. Script: desumptæ. Quæ nihilominus non tantum pia, sed & amœna affatim suppeditant, & sana sensa ingerunt. Sed pessimum est, quod tot picturæ obscenæ, & nefandas nuditates representantes domos ac palatia impleant **Imagi-
nes abominationum.** Ezech. 7. Fulmine ac ful-
gure de cælo in cineres redigendæ. Pro summis
caritatibus & summo in pretio ejusmodi Diabo-
lica artefacta habentur. Habe parum patientia.
Diabolus tibi pretium exsolvet ære parato in
fornace avernali.

Inte-

Interim Pictores imaginum Christi, B. V.
Sanctorum, aliorumque objectorum, quæ ad
vivum ad virtutes & ingenua quæque extimul-
lant, non condigne satis deprædicari possunt
ob animatum fructum, qui etiam post eorum
fata inseros nepotes derivat. Romæ, Venetijs
& alibi vidi picturas ejusmodi, quæ repida cor-
da amore Dei possent inflammare. In specie
unam celeberrimi Pictoris Raphaelis, qui con-
tra tritum illud *Ars imitatur, non assequitur na-*
turam, naturam in picturis suis videbatur asse-
qui. Hinc Calvariæ ejus sequens Romæ vidi
suppositum Distichon:

Hic Raphael est, quo Vinci, vivente, timebat
Rerum magna Parens, & moriente mori-

Imagines.

Cuius est imago hæc, & superscriptio? Matt. 22. Faciamus hominem ad imaginem & si-
militudinem nostram. Gen. 1. Sicut portavimus
imaginem terreni, portemus & imaginem caelestis.
1. Cor. 15. Apprehensa est bestia, qui accepe-
runt characterem bestie, & qui adoraverunt ima-
ginem ejus; vivi missi sunt in stagnum ignis ar-
dens sulphure. Apoc. 19. Quos prescivit, &
predestinavit conformes fieri imaginis filii sui.
Rom. 8. Inspice, & fas secundum exemplar, quod
tibi in monte monstratum est. Exod. 25. Fre-
quens & solidus per diem obtutus imaginis Cru-
cifixi D. N. J. C. multa tibi bona dictabit, & sa-
lutaris dabit lectiones.

P. 5

Cet.